Ulma inſignis vrbs ſueuie. ad vlteriorem danubij ripam ſita. qui fluuius ex hilaro ⁊ blauo flumini/bus in eo loco exoneratur. indeqꝫ nauigabilis redditur. vt Sueuia. baioaria. auſtria. ⁊ pãnonia. ob nauigia danubij non parua ſentiant comoda. Cum vo hec inclita vrbs in fundatione imperij inter villas quatuor ponatur. ne ab exteris ſine ornatu ac muro eſſe cenſeatur. Cum galli ingentes ciuitates veluti pariſius ⁊ thuronem villas nominabant. Jpa vo vlma tũ muris foſſatis ac menijs atqꝫ publicis ac priuatis edibus pornata exiſtat. Et nobilibus familijs a tꝑibus caroli magni imꝑatoris aucta ſit. ideo in eius laudem ac deſcriptionem vrbis metra heroico deducta carmine edita ſunt.

Ulma decus ſueuie: qua primo ab origine ducat
Principium: nullis ſat certum annabilis extat
At ꝙ ⁊ antiqua ⁊ preſignis ſit: probat ipſum
Nomen: quod lacio deſumptum eſt fonte. ꝙ apta
Ulmetis plena poſita eſt vligine terra
Nanqꝫ vbi defoditur circũ vrbem: glutea craſſis
Arboribus tellus abilis reperitur: ⁊ inde
Barbarie ſpreta: nomen capit vlma latinum.
Urbs libertina eſt. romani ſubdita diuo
Imperio regis: villis ex quatuor vna:
Non quia villa ſiet. ſed quondam forte reuicta et
Ui belli vaſtata. iterum conſtructa carebat
Temporibus certis muris. firmiſſima iam nunc
Ipſis: contiguo hos a parte danubius alueo
Preſluit: hic ſapido repletus piſce: breui illum
Per mediam labens vrbem curſu blauus intrat
Preterea cincta eſt foſſatis ipa profundis
Turribus excelſis. domibuſqꝫ impleta decoris

Affluit ⁊ pluri populo. qꝫ multa per orbem
Oppida: que ſepti ſpacio perlacius extãt
Pulcras inter habet ſtructuras grãde labore ⁊
Arte atqꝫ expenſis opus eccleſiam genitrici
Sacram diuine: cui vix equabilis orbe eſt
Ampla quidem valde: grandis quoqꝫ molis in altũ
Suſtentat laquearia magna: capax qꝫ frequẽtis
Turbe multa inibi feſtiuo milia ſole
Conueniunt: hic magna dei veneratio crebro eſt.
Quo ſol eois exurgens montibus ignes
Spargit: vix templum parochos continet vnum
Ulma ſenatores prudentes obtinet: illi
Publica ſagaci diſponũt cõmoda ſceptro.
Unde breui creuit: locuples ex paupere ſerua
Facta hera: ꝙ multas iã opulentas cenſibus vrbes
Perpetuis ſuperat: comitatus tris fere cum omni
Appendice ſuo retinet prompto ere coemptos.
Unam inter plures: non paruo deniqꝫ fructu
Mercem agitat: panno lino lanaqꝫ parato
Uеſcanicã hunc aliqui vocitant tractata frequentat
Negociũ variũ eſt: hoim hinc pars maxima ſeſe.
Hic nutrit: pereunt multi ditantur in ipſo
Sunt alie laudes vlme quas promere cunctas
Mentio materie prohibet breuiata valete

ΤΕΛΟϹ· ΜΟΝΟΚΟΛΟΥ· ΑΠΟΥΡΑΜΜΑΤΟϹ·